



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

3. Delectatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Delectatio.

1. Si coniux delectetur in actu coniugali in alterius viri, aut foeminae cogitatione, carnaliter dilectorum, peccat mortaliter. Secus licendum, si sit delectatio in sola pulchritudine viri, aut foeminae, vt ad actum coniugalem excitetur, *lib. 9. disp. 17. nu. 6.*

2. Delectatio venerea, seu libidinosa dicitur illa, quae in ipsa carne sentitur cum commotione spirituum subseruientium generationi circa partes libidinosas, ad differentiam eius, qua placet tactus, visus proprii corporis, seu alieni, *lib. 9. disp. 46. nu. 5.*

3. Coniuges possunt sine peccato mortali delectari morose, secluso pollutionis periculo, in copula cogitata tanquam praesenti, dum absentes sunt, aut eo tempore, vel in loco, in quo copulam exercere non possunt, quamuis ex illa delectatione consurgat membri commotio, tamen committunt solum peccatum veniale. *l. 9. disp. 44. a n. 2. vsque ad 5.* Et peccabunt mortaliter prauiiso periculo pollutionis. Secus si prauiisa distillatione, *l. 9. disp. 45 n. 40. et 42.*

4. Licita est conjugalis delectatio morosa, quando copula est illicita ratione salutis, abortus et periculo, remoto pollutionis periculo, vel ratione impotetiae superuenientis matrimonio, vel ratione affinitatis contractae ab vno, vel utroque coniuge respectu alterius. Secus dicendum, si debiti petitio sit interdicta ratione dubij de valore matrimonij, vel ratione voti. Tamen

erit licita delectatio, si alter, vel vterque coniux vouisset solum se non petiturum debitum, *lib. 9. disp. 44. à nu. 19. vsque ad 27.*

§ Liciti sunt omnes actus voluntatis, ut delectationis gaudij, & desiderij circa copulam futuram, vel præteritam habitam, vel habendam tempore cõiugij. Tamen est illicita delectatio sensitiua de copula habenda tempore cõiugij, vel de copula cogitata sub cõditione, si adesset matrimonium. Licita tamẽ est delectatio appetitus sensitiui ex tactibus, aspectibus, & verbis cogitatis ab spõsis de futuro cõfurgens in casu, quo licita eis sunt, remoto periculo pollutionis; sed vidui peccant mortaliter, admittentes delectationem veneream, & sensitiuam ortam ex copulæ habitæ, tempore matrimonij, cogitatione, *lib. 9. tota dup. 47.*

Delegata potestas.

1 Ordinarius potest delegare, non autẽ delegatus, nisi Principis supremi. Item delegatus ad vniuersitatem causarum reputatur ordinarius, & potest subdelegare vnã, & alteram causam, *li. 3. disp. 31. n. 2. & 3.* Ille autem dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum, cui genus causarum cõmittitur sub vno nomine collectiuo, quamuis non sit generalissimum, sed subalternum, licet sit restrictum quoad tẽpus, quantitatem, vel quoad locum, *ib. n. 4.* Item delegatus inferioris Principis non ad vniuersitatem causarum potest subdelegare ex licentiã tacita, vel expresse, *n. 6. 7.* Et non potest Ordinar-

rius